



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

106 Impotentia est frigiditas ad effectum dissolutionis matrimonij,  
quomodo probetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ctoritate summi Pontificis, & per ingressum religionis. c. ex publico. de conjug. Cajet. in opus. tom. 1. tract. 28. & hanc esse communem opinionem, tenet. Bellarm. in q. controver. gen. de monach. c. 38. post med. vers. altera solutio. l. 2. tom. 1:

99 Undecim. † defectus consensus, quia furiosus matrimonium contrahere non potest, cum in eo consentus deficiat. cap. 103 neque furiosus. 37. q. 2. v. sicut. tenor. de reg. & c. dilectus. de sponsat minusq; mente captus, quia carer intellectu, sine quo consensum præstare non potest, cum similis sit furioso. l. si furiosi. C. de nupt. & l. 2. C. de curat. furiosi. Nihilominus furiosus, vel 100 mente captus † habens dilucida intervalla, si matrimonium contrahit, condit testamentum, vel alium celebrat contractum, solitis solemnitatibus servatis, valet, quod agit, quia semper præsumitur factū, 101 & celebratum in sanā mente, l. furiosum, & siverd. C. qui testam. sac. poss. & ibi Jas. n. 3. ver. intellige. Corn. consil. 216. n. 15. vol. 3. Grammat. decis. 73. num. 37. & 38. Covar. epit. de spons. c. 2. num. 7 & Mascar. concl. 875. n. 13. de probat.

102 Duodecim. affinitas, † qua est personarum proximitas ex coitu proveniens omni carens parentela, ut, si non facile. §. affines ff de grad. affin. & gl. in extravag. in arbor. affin. & cum ea perlona, cum qua per matrimonium inter consanguineos contractum, affinitas fuit contracta, usque ad quartum gradum matrimonium contrahi non potest, & contractum non tenet. cap. non debet. §. prohibitio. de consang. & affin. & ibi Abb. num. 1.

103 2 Decimotertio, impotentia naturalis, † osi quis propter frigiditatem naturalem coire non potest, quia tunc impotentia upius

impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. c. quod autem c. requisisti. & c. si quis. §. ecce. 33. q. 1. c. quod sedē, & c. laudabilem, de frigid. & malef. nisi ambo consentirent, & simul tanquam frater, & soror convivere vellent. d. c. laudabilem, v. quod si ambo & ibi gl. de frigid. & malef.

Decimoquarto, impotentia accidentalis, † cum quis spada, vel gladio genitalia amisit, & spadones, castrati, Eunuchi, matrimonium contrahere non possunt, & cum 104 ipsis contractum non tenet. ut reprobat gl. in c. hi qui in verb. ex. tenet Ab. qui de coitui testatur. inc. 2. n. 5. de frig. & mal.

Decimoquinto, impotentia propter maledicium, † si est perpetua, matrimonium dirimit, sed cum nunquam haec eveniant, nisi justo Dei iudicio permittente, & dabo preparante, ut concubitus non sequatur, † prius conjuges hortandi sunt, quibus ista eveniunt, ut corde contrito Deo, & spiritu humiliati sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant, & profusis lacrymis, largioribus eleemosynis, & orationibus atque jejunii, domino satisfaciant, ac per exorcismos, ac cetera ecclesiastica medicina munia, ministri ecclesiæ tales, quantum dominus annuerit, ut sani frant, procurare debent. ut c. super sortitias. 33. q. 1. & c. fin. post med. de frigid. & malef.

105 Impotentia, & frigiditas, † ad effectum dissolutionis matrimonii probatur per inspectionem impotentiae in muliere, si est arcta, adeo ut habilis reddi non possit, & cap. ex litteris, & d. c. fraternitatu, & in vitro, si probatur, quod habeat membrum aridum, vel ex toto sectum, aut quid simile. ut c. laudabilem & ibi Abb. n. 2. de frig. & malef. alioquin si ex inspectione constare

constare non potest de impedimento propter frigiditatem, aut maleficium, debent per triennium cohabitare, & dare operam carnali copulae, & postmodum septima manu propinquorum, & adhibito jureamento, quod nonnquam una caro fuerint effecti, matrimonium dissolvi potest, d. c. laudabilem. ubi Abb. num. 1. & c. fin. in fin. de frig. & malef. & si ambo contentur impotentiam, non propterea matrimonium dissolvi potest, quia non statur eorum confessioni contra matrimonium, cum in fraudem hoc dicere possint. c. super eo, de eo qui cogn. consang. ux. su. & glo. in cap. 1. in verb. probari. de frigid. & malef.

Plura sunt etiam, quae impediunt, sed non dirimunt matrimonium, ut conditio-nes, de quibus per Navar. in c. 22. de sacr. matrim. 61. cum plur. seq. par. 3. quia si postmodum matrimonium sequatur, con-diciones evaneantur, c. de illis. & c. per tuas. 108 in sponsalibus appositae, & ut conditiones turpes, aut impossibilis, favore matrimonii pro non adjectis habentur. cap. fin. post med. & ibi Abb. num. 2. de cond. appos. & conditio, si Deus voluerit, non facit sponsalia conditionalia, quia semper subintelli-gitur, & conditions etiam quae tacita insinuat, nihil operantur. 1. conditions que ex-transcuss. ff. de cond. & demonst. Abb. in c. 2. num. 1. de sponsal. nisi alter efficeretur deterioris conditionis personae ut in similitud. Innoc. de furioso cap. debitores. circ. fin. de jure jur.

109 Interdictum superioris non impedit ma-trrimonium contrahendum, sed non diri-mit contractum. cap. 1. de matr. contr. cont. interdict. eccl. quod procedit etiam

si sponsalia de futuro fuerint contracta-  
cum una & postmodum cum alia matri-monium per verba de praesenti contraha-tur cap. ex litteris. eod. tit. nec tali casu ma-trimonium contractum, & consumma-tum per sponsalia, per verba de futuro, est  
annullandum, etiam quod secundum fue-  
rit lite pendente contractum. c. tenor. &  
ibi gl. in ver. subarrasset. de sent. & re-  
jud. c. cum in Apostolica, ubi Abb. num. 3.  
& Covar. epit. ad 4. lib. decret. in 2. pat.  
cap. 35. §. septimus. num. 4.

110 Oriuntur etiam plures casus, & quibus  
constante matrimonio per divortium se-  
paratio inter conjuges, quo ad thorum, seu  
quo ad cohabitationem ad certum, incer-  
tumve tempus fieri potest. Conc. Trid. de  
sacram. matrim. can. 8. sess. 24. judicio ta-  
men Ecclesiae, sine quo non tenet. ut c. per-  
r. de divort. & c. sive. §. in hoc 33. q. 2.

Non enim levibus, aut coloratis causis,  
111 & vel eorum arbitrio conjuges divortiu-facere, & se invicem separare possunt.  
Surd. in conf. 364. num. 16. lib. 3. sed le-  
gitimis, & urgentibus tantum divortium  
admitti debet: quia ab initio seculi est pro-  
hibitum, quod Moyses ob populi duritiem  
permisit. Deuter. c. 24. Matth. c. 19. &  
Bart. in l. ad hac. num 2. ff. de usur. Inter  
infideles tamen etiam hodie divortium ad-  
mittitur, & ita inter hebraeos adhuc ser-  
vatur, ut testatur Bald. in ta. si qua. l. 2 in  
fine. C. de secund. nupt.

112 Primo, enim & inter fideles judicio Ec-  
clesiae permittitur divortium, propter for-  
nicationem alterius conjugum. 1. Corinth.  
c. 7. cap. idolatria. 28. q. 1. glo. in cap. ex  
conquestione in ver. non debuit. de refut. spot.  
cap. ex litteris de divort. & cap. pterunq.  
de donat. inter vir. & uxor.

Secunda-